

iudicabatur. Plateae civitatis artificiose composite per subterraneos meatus aquas pluviales sine difficultate mittebant ad flumen<sup>a</sup>, quare civitas omni sorte purgata semper ex se odorem praestabat non modicum [a]. <sup>inter alios quam</sup> Noster itaque Constantinus <sup>b</sup> imperator romanus<sup>c</sup>, anno a Virginis partu cccxxv<sup>d</sup>, divina inspirante gratia, [e] sanctissimum recepit (f) baptismum, multas provincias, dignitates, honores, ducatus, episcopatus Romanie concessit ecclesiae, intra quae ducatum Ravennae <sup>e</sup> in provincia Romaniae eidem dedit ecclesiae (g). Extenditur enim haec provincia sive regio a Rheno [h] usque Foliam, a mari usque ad Alpes [i]. Hanc quidem provinciam ob amoenitatem locorum, affluentiam deliciarum atque virorum prudentiam Romani pro omnibus eligentes, quodam specialis privilegio <sup>an.</sup> amoris [d] a Roma Romaniam <sup>j</sup> vocaverant. Civitatem vero Flaviane, eo quod cives omnibus et maxime Romanis favebant, predictus imperator jussit a favendo vocari Faventiam (k). Insuper ipsam multis excellentiis et libertatis muniit privilegiis [l]. Timens hic imperator, ne aliquando imperium sanctam offenderet ecclesiam, relicta domino, papae civitate Romana, cum omnibus nobilibus ultra mare perrexit, et civitatem Byzantium [m] multum magnificans, Constantinopolum [n] jussit vocari, sedem imperiale (m) ibi constituens. Omnes siquidem imperatores, qui post hunc usque ad obitum Heraclii christianissimi (o) imperatoris, fuerunt in Graecia et Italia pariter dominantes, in multis bona Sancti Petri auxerunt, et aucta in perpetuum singula singuli firmaverunt generaliter. Post mortem praefati Heraclii, Lombardi [p], Graecorum dominium (q) declinantes, Grimoaldum [r] (10) sibi regem constituunt, sub quo Italiam et Campaniam acquisiverunt, atque Apuliam [s] (11), praeter Romam et Ravennam, Faventiam et Pompiliam [t], quam Grimoaldus destruxit, cives accusans, quod suos in Apuliam tendentes impedirent [u] (12) legatos. Defuncto igitur Grimoaldo, Lioprandus [v] (13) rex Lombardorum successit, qui Romanorum (w) odio Faventiam maxima ex parte hostivo tempore multo-<sup>vies</sup> [x] devastabat in frugibus; non enim praelio aliquo vel obsidione poterat superari. Hujus itaque regis filius, cum (y) Capua [z] a Graecis obsideretur, magnos et honorabiles legatos ad patrem in Lombardiam, quatenus ei [o] quantocius subveni-

[a] Non modicum. In C. M. nun modicum, saepiusque in ipso nun pro non reperitur. — [b] Inspirante gratia, C. V.; grā C. M. — [c] Intra quae Ducatum Ravennae. Sic lego. In C. M. intraque unico verbo vito exprimitur. — [d] Specialis privilegio amoris. Pro amoris in C. M. est am . . . . ; quam lacunam, ut in textu, supplevit Cl. Mittarellius. — [e] Civitatem Byzantium. Sic Cl. Mitt. legendum putat. C. M. Brantiam habet; C. V. vero Bixantiam pro Bysantium. — [f] Constantinopolum. Sic codd.; sed lege Constantinopolim. — [g] Lombardi. In C. M. lombardi pro Langobardi. — [h] Grimoaldum. In C. M. modo Grimoaldus, modo Grimaldus scribitur a Tolosano. — [i] Atque Apuliam. Saepe Apulea pro Apulia habet C. M. — [j] Pompiliam. Sic C. V., idest forum Pompili, nunc Forlimpopoli. — [k] Impediissent, C. V. In C. M. impediissent. — [l] Lioprandus, C. M.; rectius Liutprandus. — [m] Multoties, C. V. Multociens C. M. et sic alias. — [n] Cum Capua. Capua legendum esse puto, contra ac codices habent; in quibus caput pro Capua manifeste legitur. Sed verius dixisset Tolosanus: Beneventum. — [o] Quatenus ei. In C. M. quatinus, et sic semper deinceps.

[A] A Rheno flumine Bononiensem. Sed plenique regionem hanc a Scultenna, sive Panaro, incipere tradunt. Folia flumen est ad Marchiae Anconitanae initium, prope Pisaurum. Olim dicebatur Isaurum flumen Folia.

[B] Usque ad Alpes. Intellige Apenninos, qui universam fere Italiam recta dividunt.

[C] Privilegiis. Quorum tamen nulla extant monumenta. Tondutius (*Hist. fav.*, pag. 111) testatur olim hic extitisse columnam marmoream, Constantini magni nomini inscriptam. An hoc beneficiorum ab eo in Faventinos collatorum monumentum?